

fio diuersa est. Alia enim est, quando nonnullorum pars eiusdem est cū toto nominis, vt venæ, vena: alia, quādo non esteiusdē nominis cū toto, sed vt faciei pars nequaquam nomen habet faciei, ita neq; illorum simularium partes vocantur similes. Ideo Gaza, & qui illū sequuntur, aliter quā Græca verba sonant, hæc effert: Ordo inquiens simularium discrepat: quippe, qui nomē partim commune toti, cum parte seruet, vt venæ pars, vena rectè appellatur: partim non seruet, vt in visceribus patet. Figura enim diuersa est. Gaza, quē codicē sit secutus, ignoro. Aristoteles aut nō solū in Meteoris, viscera inter similes partes refert: sed etiā præcedēti capite huius secūdi de partibus, cor, vt omnia alia viscera, tū simile esse, cū diuidatur *εἰς ὁμοιομερῆ*: tū dissimile, propter figurę suę formā, *ἀλλὰ πρὸς τὸ σχῆμα τοῦ μορφῶν*, contendit. Ita vero etiā vena, quantūuis ab Aristotele in venas dicatur cōsumi, si tamē in longū secetur, non in venas, sed tunicas abibit. Vt aut nos omnē dubitationē tollam<sup>9</sup>, totius rei diuersitas in solis nominib. est posita. Si enim nomina

figu-

Lib. 4. c. 10